

tu et aaron frater tuus et loquimini ad petram
coram eis & illa dabit aquas. Cūq; eduxeris aquā
de petra. bibet omnis multitudo et iumenta ei.
Tulit igitur moyses uirgā quę erat in conspectu
dn̄i sic p̄ceperat ei. et congregata multitudine
ante petram. dixit eis. Audite rebelles et incre
duli. numq̄d de petra hac uobis aquā poterimus
eicere. Cumq; eleuasset moyses manū p̄cutiens bis
uirga silicem. egressę sunt aquę largissimę. ita ut
populus biberet et iumenta. Dixitq; dn̄s ad moy
sen et aaron. Quia non credidistis mihi ut sc̄ifi
caretis me corā filiis isr̄l. non introducetis hos
populos in terram quam dabo eis. Hęc ē aqua
contradictionis. ubi ob iurgati sunt filii isr̄l con
tra dn̄m. et sc̄ificatus est in eis. SABBATO

ELECT̄ DANIHELIS ꝓPH̄Ę. INDIEB; illis
RAT UIR IN BABYLONE. ET NOMEN
eius ioachim. Et accepit uxorem nomi
ne susannā filiā helchię pulchrā nimis. et tim̄
tem dn̄m. Parentes enim illius cum essent iusti.
erudierunt filiā suā sc̄dm̄ legē moysi. Erat enī
ioachim diues ualde. et erat ei pomariū uicinū

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm18669/0067